

SS CLEMENS XIII UT PRIMUM

Encyclique du pape Clément XIII " Ut Primum "

Encyclique
« Damnatio, et prohibitio »
Pape Clément XIII
septembre 1759

DAMNATIO, ET PROHIBITIO

Operis in plures Tomos distributi, cuius est Titulus :
Encyclopédie, ou Dictionnaire raisonné des Sciences, des Ars,
des Métiers par une société de Gens de Lettres mis en ordre,
& publié par Mr Diderot de l'Académie Royale des Sciences, & des belles Lettres de Prusse ;

& quant a la partie Mathématique,
par Mr d'Alembert de l'Académie Royale de Sciences de Paris, de celle de Prusse,
& de la Société Royale de Londres.

CLEMENS PAPA XIII. *Ad futuram rei memoriam*

Ut primum in lucem prodiit spissum opus in plures Tomos tributum, cuius est titulus – *Encyclopedie ou Dictionnaire raisonné des Sciences, des Ars, & des Metiers par une société de Gens de Lettres mis en ordre, & publié par Mr Diderot de l'Academie Royale des sciences, & des belles Lettres de Prusse; & quant a la partie Mathematique, par Mr d'Alembert de l'Academie Royale des sciences de Paris, de celle de Prusse, & de la Société Royale de Londres* – non publico tantum rumore, sed gravissimorum quoque hominum Fidei, & Religionis zelo flagrantium judicio accepimus plurima in eo efferri, ac contineri, quæ non solum Christianæ pietati, ac morum disciplinæ quammaxime obessent, sed quæ Religionem ipsam impeterent, eamque vel ex imo convellere niterentur, vel summa certe ejus capita, ac dogmata labefactarent: quapropter istituto a Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregatione Indici Librorum prohibendorum, atque expurgandorum præposita accurato ejusdem operis examine, atque judicio inter Libros ab apostolica Sede damnatos, atque proscriptos referendum esse decretum est die V. Martii proxime præteriti. Fuere interea nonnulli, qui e publica rei literariæ, & Christianæ quoque fore putantes, si, correctis, quibus scatet, erroribus, nova editione recusum, emendatumque prodiret, ad eam adornandam aggressi, adjectisque ad certa capita, seu articulos notis, idoneum periculo, ac malo omni remedium attulisse arbitrati sunt: sed diffusum, ac serpens in opere universo venenum, cum tale non esset, quod leni curaretur antidoto, irrito plane studio, ac labore operam ii suam luserunt; neque enim legentium periculo, ac detimento satis consultum, neque opus satis correctum expurgatumque prodiisse compertum est. Novæ subinde, ac graves adversus utramque editionem querelæ ad Apostolatum nostrum delatae sunt, quæ pro rei gravitate auctoritatis, & vigilantiæ nostræ opem flagitare videntur. Primum igitur in amaritudine cordis nostri vehementer dolemus, jam ad ea, quæ prædixit Salvator, devenisse Nostempora, in quibus refrigescente charitate, atque in deterius labente morum disciplina, tum exundante per effrænem philosophandi, scribendique licentiam fallacium, impiarumque doctrinarum illuvie, fides quoque ipsa, & cui innititur Divina Revelatio, impudentissime oppugnatur. Incredulitas vero jam non tantum admittitur, sed & palam, aperteque docetur, lateque adeo propagatur, ut, si fieri posset, quam usque ad consummationem sæculi permansuram Christus Jesus promissit, Ecclesia impiorum hominum Doctrinis everteretur funditus, ac tolleretur; cum

enim sit Civitas illa fortis per Isaiam descripta, in qua, ut exponit Hieronimus – *ponitur murus bonorum operum, & antemurale rectæ Fidei, ut duplice septa sit munimento* – perversa, ac præpostera cum agendi, tum docendi ratione murum pariter, & antemurale disjicere, ac dissipare moliuntur. Nos vero, quos posuit Dominus custodes, ac vigiles super muros Hierusalem, ut iis fortiter obsistamus, qui dicunt – *exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea* – pro loci, ac muneri nostri ratione silere diutiùs nec possumus, nec debemus; sed creditum Nobis Fidei, ac Religionis depositum, omni, qua possumus, ope, ne quid detrimenti capiat, custodire, ac tueri volentes, ne latius manenet in Ecclesiæ, animarumque perniciem exitialis operis lues, Venerabilibus Fratribus nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus adversus hæreticam pravitatem auctoritate Apostolica deputatis opus ipsum cum adjectis quoque notis, seu correctionibus novo examini subjiciendum commisimus, qui consultis primum Teologis ad censuram ferendam designatis, eorumque judiciis mature expensis, in Congregatione deinde Generali coram Nobis habita feria V. die II. Augusti nuper elapsi, quid de opere ipso statuendum foret, per sua Nobis singillatim suffragia exposuerunt. Itaque, exceptis eorum sententiis, inspectisque Teologorum censuris, Motu proprio, atque ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostelicæ potestatis plenitudine opus prædictum ubicumque, & quocumque idiomate, etiam cum notis, seu declarationibus, ac correctionibus quibuscumque hactenus impressum, aut imposterum imprimentum, tamquam continens doctrinam, atque propositiones falsas, perniciosas, & scandalosas, ad incredulitatem, & religionis contemptum inducentes, morum corruptelæ, atque impietati viam facile aperientes damnamus, ac reprobamus, ipsumque legi, retineri, & quocumque etiam idiomate describi prohibemus omnibus & singulis Christifidelibus etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis sub poena excommunicationis majoris quoad personas sacerdotes, quo vero ad Ecclesiasticas, etiam regulares sub poena subspensionis a Divinis ipso facto absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, & respective relaxationem Nobis, & Successoribus Nostris Romanis Pont. pro tempore existentibus, except odumtaxat quoad excommunicationem prædictam mortis articulo, reservamus: Mandantes omnibus & singulis Christifidelibus sub iisdem excommunicationis respective, & suspensionis poenis, qui ejusdem opus apud se habuerint, seu in quorum manus subinde pervenerint, ut illud, statim ac præsentes nostræ Literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, seu eorum Vicariis tradere teneantur, qui exempla sibi tradita illico flammis abolenda curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem eadem præsentes Literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam pertexere possit, volumus, ac mandamus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curiæ generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinquuntur: ipsarum etiam præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eamdem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud ubicumque locorum haberi, quæ ipsis originalibus Literis adhiberetur, si forent exhibetæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die III. Septembris MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

D. Cardinalis Passioneus.

Die, mense & anno, quibus supra, supradicta Damnatio, & Prohibitio affixa, & pubblicata fuit ad valvas Basilicæ Princ. Apost., & Cancel. Apostolicæ,
necnon Curiæ Generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis & consuetis Urbis per me Joseph Renzoni Apost. Curs.

Philippus Contini Mag. Curs.

ROME, & SENIS apud Bonettos Typis Publicis, Per Franciscum Rossi Typographum MDCCLIX.

DAMNATIO, ET PROHIBITIO

Oeuvre in plures Tomos distribuit, cuius est Titulus: Encyclopédie, ou Dictionnaire raisonné des Sciences, des Arts, des Métiers par une société de Gens de Lettres mis en ordre, & publié par M^r Diderot de l' Académie Royale des Sciences, & des belles Lettres de Prusse, & quant à la partie Mathématique, par M^r d' Alembert de l' Académie Royale de Sciences de Paris, de celle de Prusse, & de la Société Royale de Londres.



CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam



T primum in lucem prodit spissum opus in plures Tomos triborum, cuius est titulus — Encyclopédie, ou Dictionnaire raisonné des Sciences, des Arts, & des Métiers par une société de Gens de Lettres mis en ordre, & publié par M^r Diderot de l' Académie Royale des Sciences, & des belles Lettres de Prusse, & quant à la partie Mathématique, par M^r d' Alembert de l' Académie Royale des Sciences de Paris, de celle de Prusse, & de la Société Royale de Londres — non publico tantum rumore, sed gravissimorum quoque hominum Fidei, & Religionis zelo flagrantium judicio accepimus plurima in eo efferrare coatineri, que non solum Christiani patrati, ac morum disciplina quammaxime obessent, sed quod Religionem ipsam impererent, eamque vel ex imo convellere niterentur, vel summa certe ejus capita, se dogmata labefactarent: quapropter istud a Venerabilibus Fratribus nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregatione Indicis Librorum prohibendorum, atque expurgandorum preposita accurato ejusdem operis examine, atque judicio inter Libros ab apostolica Sede damnatos, atque proscriptos refendum esse decretum est die v. Martii proxime praesenti. Fuere interea nonnulli, qui e publica rei literariorum, & Christianae quoque fore puriorum, si, correcitis, quibus fecerat, erroribus, nova editione recusum, emendatumque predixerunt, ad eam adformandam aggredi, adjectisque ad certa capita, seu articulos notis, idoneum periculo, ac malo omnino remedium atritum arbitrii sunt: sed diffusum, ac terpens in opere universo venenum, cum tale non esset, quod letai curaretur antidoto, irrito plane studio, ac labore operam ii suam luserunt: neque enim legentum periculo, ac detimento satis consilium, neque opus satis correllum expurgandum prodiisse compertum est. Nove subinde, ac graves adversus utramque editionem querelle ad Apostolarium nostrum delatae sunt, qua pro rei gravitate auditoria, & vigilante nostrae operi flagitare videtur. Primum igitur in amaritudine cordis nostri vehementer dolemus, jam ad ea, que praedita Salvator, devenisse Nostempora, in quibus resuscitante charitate, atque in dererius labore morum disciplina, cum exundante per effrenem philosophandi, scribendiisque licentiam fallaciam, impunitaque deQuinatarum illusio, fides quoque ipsa, & cui innitur Divina Revelatio, impudentissime oppugnatur. Incredulitas vero jam non tantum admittitur, sed & palmam, aperente docetur, læque adeo propagatur, ut, si fieri posset, quam ulque ad consummationem saeculi permanuram Christus Jesus promittat. Ecclesia impiorum hominum Doctrinis everteretur funditus, ac tolleretur: cum enim hic Cis illa fortis per Iesum descripta, in qua, ut exponit Hieronymus — postur matus horum operum, & antemurale recte Fidei, ut duplice sepe sit maximus — perversa, ac prepolla cum agendi, tum docendi ratione mutum pariter, & antemurale disjicie, ac dissipare moluntur. Nos vero, quos potuit Dominus custodes, ac vigilis super muros Hierusalem, ut in fortiori obliuissamus, qui dicunt — extinxit, extinxit usque ad fundamenta in ea — proloci, ac munieris nostri ratione silere diutius nec possumus, nec debemus: sed creditum Nobis Fidei, ac Religionis depositum, omni, qua possumus, ope, ne quid detrimenti capiat, custodiare, ac tueri volentes, ne latius maneat in Ecclesiis, animarumque perniciem exitialis operis luet. Venerabilibus Fratribus nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus adversus haereticam pravitatem autoritate Apostolica deputatis opus ipsum cum adjectis quoque notis, seu correctionibus novis examini subiectum commisimus, qui constitutum primum Teologis ad censuram ferendam designatis, coramque judicis maius expensis, in Congregatione deinde Generali coram Nobis habita sera v. die 11. Augilli super clausum, quid de opere ipso statuendum foret, per sua Nobis singillatim suffragia expulerunt. Itaque, exceptis eorum sententiis, inspectisque Teologorum censuris, Motu proprio, atque ex certa scientia, & natura deliberatione nostris, deque Apostolice potestatis plenitudine opus predictum ubique, & quoquecumque idiomate, etiam cum notis, seu declarationibus, ac correctionibus quibuscumque haereticus impresum, aut impostorum imprimendum, tamquam continens doctrinam, atque propositiones falsas, pemiciolas, & scandolosas, ad incredulitatem, & religionis contemptum inducentes, morum corruptio, atque impietati viam facile aperientes damnamus, ac reprobamus, ipsumque legi, rei, & quoquecumque etiam idiomate describi prohibemus omnibus & singulis Christiadelibus etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis sub pena excommunicationis majoris quoad personas saeculares, quo vero ad Ecclesiasticas, etiam regulares sub pena suspensionis a Divinis ipso facto absque alia declaratione incurriendis, quarum abolitionem, respectiva relaxacionem Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontifici tempore silentibus, excepto odium ex hac quadam excommunicationem predidam mortis articulo, referamus. Mandantes omnibus & singulis Christiadelibus sub iisdem excommunicationis respective, & suspensionis penas, qui ejusdem opus apud se habuerint, seu in quorum manus subinde pervenerint, ut illud, statim ac presentes nostrae Literae eis innoventur, locorum Ordinariorum, vel haereticis pravitarum Inquisitoribus, seu eorum Vicariis tradere tenentur, qui exempla sibi iudita illico & immis ab solenda current. In contrarium factientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem eadem presentes Literae ad omnium nostrorum facilis perducentur, ne quisquam illarum ignorariam pertexere possit, volumus, ac mandamus, illas ad valvas Ballicae Principis Apostolorum, & Cancelleriae Apostolicae, neconon Curia generalis in Monte Citorio, & in Aula Campi Flora de Urbe per aliquem ex Cursitoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui: ipsorum etiam praesentum Literarum tractantibus, seu exemplis etiam impresa manu alicuius Notarii publici subsciptis & sigillo p. r. n. in Ecclesiastica dignitate constituta monitis eamdem profusam tam in iudicio, quam extra illud ubiquecumque locorum haberi, quo ipsi originalibus Literis exhibeatur, si fuerit exhibite, vel ostendere.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatori die iii. Septembris MDCCCLIX. Pontificatus Nostrum Anno Secundo.

D. Cardinalis Passioneus.

Die, intende & anno, qibz supra, supradicta Damnatio, & Prohibitio effusa, & publicata fuit ad valvas Ballicae Princeps Apol., & Canc. Apostolica, neconon Curia Generalis in Monte Citorio, & in Aula Campi Flora, ac in aliis locis fatis & consensu Urbis per me Joseph Renzo Apol. Cof.

Philippus Contini Mag. Cuf.

ROME, & SENIS apud Bonitos Typis Publicis, Per Francicum Roli Typographum MDCCCLIX.

Le document original de l'encyclique du pape Clément XIII *Ut Primum* condamnant l'Encyclopédie